

merabilia usque in hodiernum perhibent testimonium. Prope hunc est receptaculum galearum amplius sinus qui dicitur Contscali.

Non a longe nimis, in muro dicto fuit amplissimum palatium Justiniani, cum ecclesia Enea dicta, nobilissime edificitorum atque pavimento mire ingenii contexto. In palatio isto etiam in angulo quodam prope portam civitatis erat speculum inmensurabilis magnitudinis, qui a navibus videbatur distantibus.

De palatio adhuc isto erat via columpnarum binarum usque sanctam Sophiam: per quam imperatores suo cursu dirigebant usque sanctam ecclesiam dictam. Que est ecclesia patriarchalis et valde in altum elevatur. In quo circuitu per medium miliare inmensurabilia hedifitia canonicorum perheminebant; ubi nonigeniti sacerdotes ex redditu totius insule Trinacriae huic ecclesie serviebant. Nunc autem sola testudo in pede remanet. A qua usque pavimentum sunt centum triginta quatuor brachia; et a pavimento usque planum fondamenti, quia tota una cisterna optime aque permanet, brachia viginti duo. Intus ecclesiam sunt de uno angulo ad alium angulum centum viginti brachia, quia desuper rotunda et de subtus quadrangulata resedit. Quis autem posset enumerare ornamenta marmororum atque porfiriorum cum musaicis liamentis magnalia? quia

ossa innumerabilia usque in hodiernum perhibent testimonium. Prope hunc est receptaculum galearum, amplius sinus, qui dicitur Contscali.

Non longe nimis, in muro dicto fuit amplissimum Justiniani palacium, cum ecclesia Enea dicta, nobilissima edificiis atque in pavimento miro ingenio contexta. In palacio isto etiam in angulo quodam prope portam civitatis erat speculum inmensurabilis magnitudinis, qui a navibus videbatur distantibus.

De palacio adhuc isto erat via columpnarum binarum usque ad Sanctam Sophiam: per quam imperatores suum gressum dirrigebant usque ad ecclesiam dictam. Que est ecclesia patriarchalis, et valde in altum elevatur. Cuius in circuitu innumerabilia hedificia canonicorum perheminebant; ubi nonigeniti sacerdotes ex redditu totius insule Trinacrie huic insule serviebant. Nunc autem sola testudo in pede remanet. A qua usque ad pavimentum sunt centum trenta quatuor brachia; et a pavimento usque ad planum fondamenti, quia tota una cisterna optime aque permanet, sunt brachia viginti duo. Intra ecclesiam sunt de angulo ad angulum centum viginti brachia; et desuper rotunda et subtus quadrangulata resedit. Quis enim posset enumerare ornamenta marmororum atque porfiriorum cum musaicis liamentis magnalia? quia

monium. Prope est receptaculum gallearum ampliarum, sinus qui dicitur Contscali.

Non a longe nimis, in muro dicto fuit amplissimum Justiniani pallacium, cum ecclesia Enea dicta, nobilissima hedificiorum atque pavimento miri ingenii contexto.

De pallatio isto iam diruto erat via columpnarum usque sanctam Sophiam: per quam imperatores suo cursu dirrigebant usque sanctam sanctorum. Hic autem in angulo sancti Dimitrii ecclesia patriarchalis sancte Sophie valde in altum elevatur. In quo circuitu per medium miliare inmensurabilia hedificia canonicorum pereminebant; ubi nonigeniti sacerdotes ex redditu totius insule Trinacrie huic ecclesie serviebant. Nunc autem sola testudo ecclesie in pede remanet. A qua usque pavimentum ecclesie sunt centum triginta quatuor brachia; et a pavimento usque planum fondamenti, quia tota una cisterna continet, brachia triginta duo. Intus ecclesiam sunt de angulo ad angulum CXX brachia, quia desuper rotunda et de suptus quadrangulata resedit. Quid autem enarrarem de columpis marmoreis atque por-